



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 48. Turci e Bohemia a Cæsareis ejecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

Sæc. XVII. Viennam, Imperatrix vero cum tota  
 A. C. 1645. Nobilitate Græcum contendit: Tor-  
 stensonius interim rapido cursu totam  
 Moraviam nemine jam resistente, sub-  
 egit, & Olmuzium obsidione liberavit;  
 inde Brinnam munitissimum Moravia  
 propugnaculum longa, sed inutili, ir-  
 ritaque obsidione pressit, quam ad quar-  
 tum Mensem jamjam protractam, post-  
 quam longe majorem suorum stragem,  
 quam si justa acie dimicasset, passus e-  
 rat, non sine ignominia, animique  
 mœrore solvere coactus est, ac paulo-  
 post excusata valetudine, militare exer-  
 citus imperium posuit, semetipsum ni-  
 mis sero incusans, quod cum Bohe-  
 niam Silesiam & Moraviam ingenti ce-  
 leritate percurrisset, circa muros unius  
 Urbis irrito conatu hæserit, maxima-  
 rum rerum opportunitate dimissa.

§. XLVIII.  
*Sueci e Bohemia a Cæsareis ejedi.*

*Barre Hist. d'Allem. t.9. pag. 782.* **H**ujus victoriæ successu tumidi tripu-  
 diabant Sueci, jamque ex præ-  
 senti felicitate futuram Austriacæ Do-  
 mus ruinam præcoce fiducia sibi præ-  
 sagientes, in Monasterensi Conventu  
 duriores præscriperant conditiones:  
 Verum fatali admodum rudimento ex-  
 periri cogebantur, quanta facilitate in-

con\*

constans fortuna optimas spes evertat, *Sæc. XVII.*  
 illumque non raro, cui paulo ante ini- *A. C. 1645.*  
 mica fuit, inopino favore extollat: cum  
 enim Ragotius Transylvaniæ Princeps  
 cum Cæfare pacem iniret, & Torsten-  
 sonius Brinnanæ obsidioni longius in-  
 sisteret, Cæsar vires reparandi spatium  
 nactus, novum exercitum hosti oppo-  
 suit, ac præprimis ductore Pompeio  
 Suecos Steina, atque Insula Cremsio  
 adfita expulit, Leopoldus vero Archi-  
 dux, cui Cæsar supremum exercitus  
 imperium commiserat, hostem a Danu-  
 biano ponte prope Viennam dejecit,  
 omnibus, qui propugnaculum ibidem  
 erectum tuebantur, captis, ac Vien-  
 nam abductis: Postea armis in Bohemiam  
 verfis, sociatisque cum Saxone  
 copiis Suecos e toto prope regno in Si-  
 lesiam retrocedere coegit.

### §. XLIX.

#### *Galli a Cæsareo-Bavaris iterata clade protriti.*

Ad prosperam hanc Leopoldi expedi- *Adlzx. An-*  
*tionem* haud parum contulerant *nat. Boic.*  
*præviæ Gallorum clades;* postquam *part. 3. l. 30.*  
*Mercius,* qui cum Bavarorum agmine *§. 18.*  
*sele Cæsareis junxerat,* Gallo-Vina- *Barre l. c.*  
*rienses* haud procul a Francosordia sub- *Lit. Maxim.*  
*sistere compererat, cum exigua suorum i. Jan. hec*  
*manu anno.*